



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 447. Leonis Pap. Annus 8. Theod. 40. Valent. 23. Impp.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

Theodosio; ipse ex more et abque alia inspectione subscripsit: recepit ita subscriptam chartam Pulcheria: quae accedentem ad se Eudociam aliquando tenuit, vocatamque ab Imperatore reddere recusavit, à se emptam affirmans, ostendens de rata habita emptione Imperatoris chirographum: sicque falso quidem eiusmodi ioco Augusti officiantiam voluit condijse ac correxisse simul. Sed quòd veritas odium patiat, & Principes non facile sibi patiantur illud: haud aequo id animo ab Eudocia potissimum acceptum fuit: quæ & in Pulcheriam invidia moubatur, quòd videret vitam suam Imperatorem erga fororem Augustam esse propensionem, cum illa consuleret de rebus agendis, & refundere in eam, quæ essent maioris momenti, negotia, se vero despici, & limis oculis ab eo conspici: cuius infensi animi aduersus coniugem Theodosio eiusmodi causa precesserat.

XXV.

Oblatum fuit aliquando Theodosio mitæ magnitudinis pomum: quòd ipse admiratus, dono dedit vxori. Illa autem acceptum donauit Paulino, quo ob cõsuetudinem rei literariæ familiarissimè utebatur, non sine aliqua suspitione. Ille verò rerum ignarus, vt conciliatq; sibi Imperatoris animum, illud ipsum ei donauit: qui eo accepto, de dato pomu vxorem rogat: quæ illud se comeditse mentita est: cum illud proferens Theodosius, mendacem arguit & invidiam: cuius rei causa animus Theodosij non nihil ab ea alienus diu perseverauit, iusso interim occidi Paulino. hæc ex Nicephoro, Zonara, & alijs. Porro domestica ista diffidia sunt tandem abdicatione Pulcheriæ confortata.

XXVI.

Huiusmodi autem domesticum bellum in perniciem est conuersum Ecclesiasticum. Conceptumque semel odium aduersum sanctissimum Flavianum, haud abdicatione Pulcheriæ extingui potuit, sed in die magis magnique studio Chrylaphij eunuchi incenso, occasio quaerebatur eius in ordinem redigendi: destitit namque illo protectione Pulcheriæ, quæ rebus Imperij vale dicto, priuata vitæ otium fuerat amplexata, haud ei difficile vitæ est, quouis occasione pretextu Pontificem aggredi.

XXVII.

Sed quem vindictam auide sitienti propinauerit hostis humani generis blasphemiam calicem, suo loco dicturi sumus abundè. Hic planè apparuit euident, quoniam pacto puræ religionis cultu benè administraret Imperium, & quam felicissimè cuncta succedant, vbi in eo sanctæ religio primus sibi locum vendicat. iam enim ad quadraginta ferè annorum spatia, Theodosij licet imbellis & consilij inopis, inter tot barbarorum insultus, est Imperium feliciter propagatum, vnâ sanctæ virgine pietate pollente habenas regiminis moderante: adeo vt etiam imprudenter aliquando peccare Theodosium ipsam coegit, & de indignationem in se commoueret, tamen misericordiam promeruit, foron monitis acquiescens. Vbi vero se ipsa Pulcheria ab Imperio abdicauit, perinde ac que destituta gubernaculo navis, ventorum impulsu in diuersa fertur continuo peritura: ita planè Theodosij Imperium pro arbitrio aulicorum, non pro ratione consilij ministratum interiit; tantaque moles corruit, cum eius fundamētum, nempe religio purè seruatâ conuelleret. Accidit istud quidem, vbi non amplius vsus est Theodosius S. Pulcheriæ consilij, sed Chrylaphij eunuchi Peræcti cubiculi inflammatis odio & amulatione affectibus se suaque regenda commisit. In quæ verò malorum abrupta, peccatorumque voraginem tali duce Theodosius miser inciderit; suis locis inferius apparebit. Quo modo autem hoc eodem anno Imperium Orientis rursus ab Attila Hunnorum Rege afflictatum est, Marcellinus sub anno huius Consulis bus-ta sum martij perstrinxit: nimirum ipsum potentissimum atque ferocissimum barbarorum Principem ab Oriente progressum, vsque ad Thermophilas puenisse victorem, occiso, qui se illi obiecerat, Magistro militiæ Theodosij Imperatoris; eoque miserimi status Theodosium esse depressum, vt eiusdem Regis sponte sibi tributarium constituerentim deponens animum, cum resistere ferro non auderet, auro pacem redimere curauit, missiq; legatione, annuâ pactâ pecuniâ, Imperium continux barbarorum ce-

ptam tamen ab Hunnis illatam cladem Orientalis Imperij, ad duos etiam sequentes annos propagatam esse, idem Marcellinus docet, cum tandem (vtdictum est) Theodosius Imperator vitans totius funus Imperij, ignominiosè admodum cum scio tyranno eo modo transegit, illumq; in Occidentem conuertit. Est quidem elegans atque perbreuis Theodoretus ad Sallustianum epistola de eiusmodi barbarorum eruptione, quam non alia de causa, quam ob peccata obuenisse testatur his verbis:

Sacer dies nobis quidem consueta spiritalia attulit dona: tamen amari peccata fructus illi sunt cum letitia non permisissent: hæc enim horum germina & ab initio tribulos, spinas, & sudores, & labores, & dolores genuerunt: nunc verò etiam terram ipsam aduersus nos concutit per terremotus, & barbarorum turbas vndique aduersus concitat. Nos verò lugemus, quoniam dum Deum bona largiri nobis capit: contraria facere illum cogimus, & pauca insigniter consolantur nihilominus dum eius misericordia abyssum in memoriam reuocamus, & credimus quoniam non abiicit Dominus populum suum, & hereditatem suam non derelinquet: Tuam verò magnificentiam ego saluto: & oro, vt de bona aeternitate tua, quæ mihi optatissima est, me doccas. hæc ad Sallustianum Theodoretus; quæ ipsum hoc anno scripsisse existimamus, quo (vtdictum est) superius vnâ cum Attiliæ gressatione terremotus Orientem concutit, cuius Theodoretus hæc eidem epistola ineminisse videtur. Hoc etiam anno famem & pestem Constantinopolim inuasisse, templumque regie ciuitatis igne crematum esse, Marcellinus affirmat, quoniam ipse memorat anno superiori, sed per anticipationem, vt aliis fecisse noscitur: nos verò vt singula quæque singulis reddamus annis, hic eadem collocamus.

IESV CHRISTI

Annus 447.

LEONIS PAP. Annus 8.

THEOD. 40. IMP. VALENT. 23.

ANNVS agitur Redemptoris nostri quadringentesimus quadragesimus septimus, Consulatu Alypij, siue Callypij, & Ardaburij signatus: quo S. Leo Romanus Pontifex peruigili sollicitudine curæ incumbens vniuersalis Ecclesiæ, in Hispanias conuertens oculos & figes obtutus, laborantes eas adhuc plebsq; in locis nefandorum Priscillianistarum erroribus, liberet penitus festinauit: & qui iam semel ad fucidendos infelices Manichæorum palmires silicem accepterat; ad præcedendas etiam infaustas radices Priscillianistarum erroris Manichæis affinis Apostolicam securam admouit. Cum enim ingruentibus barbaris Wandalis primùm, Gothis, atque Sueuis, florentissima illa Hispaniarum Ecclesiæ sanctissimorum Antiquum solita cultura careret, pulchra mutata facie, reddita est veluti ager incultus vepribus vndique oppletus ac spinis, in quibus sua quærerent feræ latibula.

Nam sanctus Turibius Asturicensis Episcopus vehementi Catholice veritatis ardore succensus, luitans Hispanias, iuxta eiusmodi inueniens bestiarum, ad eas pellicidas, eorumq; latebras destruedas, Apostolice sedis, à qua sincerum acceperant Hispaniæ Euangelium, subsidium implorauit: missq; ad hoc opus suo diacono Romam, de omnibus reddidit Leonem Pontificem certitorem. Qui absque mora de cunctis, quæ agenda essent, redditis literis, Turibium monuit, extat eiusmodi S. Leonis epistola, cuius est exordium: Quam laudabiliter pro Catholica fide veritate monenti, &c. Sed ante quam ea, quæ sancti Leonis auctoritate gesta sunt, prosequamur, de Turibio primùm dicendum erit. Hic quidem sanctitate & doctrina polles, zeloque exactus dominus Domini, ex animi arbitrio spontaneam peregrinationem suscipiens (vtdictum est) iustravit Hispanias, vt qui esset Ecclesiæ status, agnosceret, eidemq; pro vitium facultate consuleret. Aboluta autem itinere suscepti peritodo, de his, quæ competisset, ita scripsit ad Idacium & Ceponiam primarios Hispaniarum Antifites:

Sanctus

THEODOSIVM PENDING ATTILIA.

Termo polim, Hermonopolim.

a Theod. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500.

IV. quædam...

IV. quædam...

IV. quædam...

II.

V.

Leasp. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500.

Sancti ac beatissimi & omni veneratione colendi Idacio & Cypriano Episcopis Turibibus.

Molera semper est & vincenda peregrinatio, quam efficiunt duri labores & lachrymae abies necessitatum cura: habet tamen aliquid instrumenti, cum ad eundem incognita, vel ignorata degen- do, quodam profectu mentis augeretur, plerumque, quae apud nos optima videbantur, parva esse atque deteriora, reddite à nobis meliorem ratione noscentes. Quod mihi vix venit, qui dures facit provin- ciam ad eundem, in omnibus Ecclesiis, quae in vitaris communi- catione, condemnatis omnibus errorum sectis, reperitur, utque eundem Catholicae fidei sensum tenent ex purissima veritate fonte penitentem: qui in nulla dinotia multitudine rituali scissura campum planam in conuoluis voragine soluat, quae eorum fidei iter impediunt. Eos vero, quos praecursum dogmatum virus infecerit: aut correctio- nis parentis gremio reformari compellit: aut pernitenter contumacia, veluti abortiuus parvus, at non legitimum sobolem, ex consorcio sanctae hereditatis expellit. Quapropter mihi post longam annorum metam ad patriam reuerso, factis durum videtur, quod ex illi tradi- tionibus, quae olim Catholicae damnavit Ecclesiae, quae tunc tandum abolita esse credebam, nihil penitus immutatum esse reperio; immo etiam pro vniuersis, studio & voluntate praeua dogmata velut quibusdam hydriis capitis pullulare cognosco: cum alij ve- teri errori blasphemiarum suarum eggerentia contulerint, alij inte- gram cum vique adhuc retinent, alij vero, quos ex parte aliqua ad respectum sui contemptio veritatis adduxit, ex illius sensibus retinendo nonnulla, reliqua vincuntur: quod quidem per mala tempora nostri, Synodorum consentibus, decretis, & scriptis, libe- ritur creuit, & impudens (quod est cunctis deterris) ad vnam alte- re diuersi fidei sensibus conuenit.

IV. Hac ergo (vt loqui audeam) pia potius erga patriam charitatis quam tenera pietas assumptionis esse confiteor. Nam atas plenus om- nium peccatorum, & magnorum criminum reus, quo ausu haec ad vos scriberem, memor Dominice vocis, quae dicit: In alieno oculo seculum vides, in tuo trabem non respicis? Deinde confusus eius sen- tentia, quae admonuit, dicens: Peccatori autem dicit Deus: Quare praedicas iustitiam meas, & assumis testamentum per os tuum? Sed iterum illud aspicio, quod in se scriptum est: Eum videbas, & cetera. Verum cum eo, & cum adultera portionem tuam ponbas. Neque enim illa sola sunt facta, quae alienorum direptione committuntur, vel illa adulteria, quae violatis maritali iuramentis perpetrantur: sed & subractions, quae vera sunt, sicut Catholicae fidei per- uersi dogmata facit assertio, & aduersus veritatem verbi Dei ma- larum doctrinarum adulterio Zezany semina iaciuntur. Admira- randa profecto viti sanctissimi summa demissio animi, qui Christi exemplo vt peccantes erigat, sese cum pecca- toribus collocat, & cum infirmantibus infirmatur, vt eor- dem languentes curet, factus instar Apostoli, omni- vni- uersis, vt omnes lucretur Domino. Admirandum, inquam, haud tamen imitandum, cum de haereticis agens, se omni- bus detentis deliquisse testetur, vit alioqui omni ex parte sanctissimus, atque ab omni erroris labe purissimus, vt ex litteris Sancti Leonis Papae ad cum datis, facile intelligi potest. Quoniam enim fidei Catholicae sinceritate eni- tuisse ipsum oportuit, cum spacia suae dioecesis angusta fuere, sed ad vniuersas Hispaniarum prouincias ab omni erroris labe verendas, scopam Catholicae veritatis ad- mouit: At prosequamur reliqua ab eo in eadem epistola scripta.

V. Loquar ne ergo (inquit) an tacetam, nescio: quia vtrumque formido. Sed ne forte sanctitas vestra, quae mala, quae legem blasphemiam apocryphae libri, quos hi nostri vernaculi haereticis ad vnum SS. Eu- angelorum am legunt, continentur, ignoret: maximi facinorosi reum me esse credo, si tacetam. Itaque haec non adhortatio auctoritatis ali- cuius est, sed potius suggestionis instructio. Primum ergo est, vt illa patefaciam, quae in plurimorum fide, vel magis per fidem esse cogno- uis: quae cum multis publico penit magisterio doceantur: si Catho- licorum aliqui paulo constantius destructionis causam afferunt insti- flant, continentur iusticiae cunctis, & per fidem perfidiam occultant. Quod ne vltra iam faciant, ex apocryphae scripturis, quae canonice libri veluti secreta & arcanae praeserunt, & quas maxime veneracione suscipiunt, & ex his, quae leguntur, traditionibus, dictis, & auctorum suorum, ea quae in ipsis arguantur, vera esse docentes: aliqua au- tem ex his quae in istorum doctrina sunt, in illis, quos legere potui, apocryphis codicibus non tenentur. Quare vnde prolata sunt, nescio.

ne forte vbi scriptum est per cauillationes illas, per quas loqui SS. Apostolos mentuntur, aliquid interius inicitatur, quod dispen- damus sit potius, quam legendum: Aut si forsitan sint libri alij, qui occultis secretis, seruantur, solum (vt ipsi aiunt) per seculum pa- tentes.

Illud autem specialiter in illis adhibet, qui S. Thoma dicuntur, praeter cetera notandum atque execrandum est, quod dicit cum non baptizate per aquam, sicut habet Dominicae praedicationis atque tradi- tio, sed per oleum solum: quod quidem isti nostri non recipiunt, sed & Manichaei sequuntur; quae haec est eisdem libri veritas, & eadem dogmata & haec deteriora scilicet: Ita execrabili vniuersi per om- nes terras ad primam professionis suae confirmationem, nec discussa dam- netur oportet, per cuius auctores, vel per maximum principem Ma- nem ac discipulos eius, libros omnes apocryphos vel compositos, vel infestis esse manifestum est, specialiter autem Atlas illos, qui vocantur S. Andrea, vel illi, qui appellantur Sancti Ioannis, quos sacrile- go Leucius ore conscripsit, vel illos, qui dicuntur S. Thoma, & his si- milita ex quibus Manichaei & Priscillianista, vel quaecumque illi est secta germana, omnem haeresin suam confirmare nituntur, & maxime ex blasphemismo de libro, qui vocatur Monacha Apostolo- rum, in quo in agnam peruersitatis sua auctoritatem, doctri- nam Domini occurrunt: qui totam destruit legem veteri Testa- menti, & omnia, quae S. Moyses diuine sacrae creaturae factorum diuini- tatis reuelata sunt, praeter reliqua eiusdem libri blasphemiam, quae re- ferre per se ipsum est. Praeter mirabilia illa, atque virtutes, quae in apocryphis scriptis sunt, SS. Apostolorum velle, vel potuisse esse don dubitum est: ita disputationis assertiones, illas sensuum maligno- rum ab haereticis constat inseras: ex quibus scriptum diuersa ti- sionomia blasphemiam omnino plena sub rituali sua ad scripta diges- si, quibus etiam (vt potui) pro se uicini quatuor respondeo. Quod ideo necesse habui paulo latius vestris auribus intromittere, vt vel post haec nemo quasi in seculum dicat se simpliciter huiusmodi libro vel habere, vel legere.

Vestra autem existimationis atque censura emerit fuerit, vni- uersa perpendere; & ea quae sine ambiguitate veritatis ac fidei con- traria viderentur, cum alijs scriptis vestris, quoscumque vobis zelus Catholicae religionis vel piam studium sociauerit, extra vllam ex- culationem spiritali gladio refocare. & renita diuini verbi vortu- re composere. haec tenet S. Turibius epistola, quam ex Re- giae bibliotheca monasterij S. Laurentij edidit Ambrosius Morales: desiderantur autem: quae his iungebantur: ut eli- genda ritibus impia Priscillianistarum dogmata, & illis appo- sita ab eodem auctore elaborate confutationes.

Intelligis, puto, lector, frustra laborare in excerpandis haereticis sanctos Episcopos, nisi vnde semel scarunji fa- culenta errorum collantes, fons peritus obstruatur. De huiusmodi Priscillianistis Hispanias labefactantibus li- bris apocryphis est verus illa suo loco superius recitata querela S. Hieronymi, cum de his ipse agens in commen- tarijs in Iliam, haec addit: Et per hanc occasionem multum- huiusmodi, Hispaniarum & Iulianiae decepti sunt multitudine- nerate peccatis, & quae ducuntur de his varijs, & cetera. Ex his plane considerent, qui praesentem hodie Hispaniarum Eccle- sijs facti Antistites, Catholicae fidei decus & ornamentum, quanto periculo vulgari sinantur, quod offensam in- ferat Catholicae disciplinae, illud, inquam, opus nuper cu- sum, quod atra Pexim Romae multum nota Hammæ vl- trices expectant, elaboratum à Ioanne de Roa, eiusmodi titulo, Apologia de scriptis primitiuis defendendis & moderan- dis iussu, quod Noarioribus parare viam, qui acutiorem odora u habent, probe norunt. Videant, quo tendat adu- latio ista cum noua doctrina, quam haud quidem auctor didicisse potuit à doctissimis viris Societatis Iesv, inter quos aliquando locius verfatissimus est; non apud S. Augusti- ni professores, ad quos ab illis abire iussus, se conuulsi, nec denique apud alerum Hispaniarum Catholicae & Apo- stolicae antiquae disciplinae tenacissimum conferuatoreum atque custodem, apud quem demum stipendia meruit. Verum speratur de eo, vt pote adhuc inter Catholicos proficiente, palinodiam fore propediem recantaturum. Sed ad Turibium.

Haud enim satis sibi visum, de his, quae viderat, manuq; cetero etando deligerat, admonuisse Hispaniarum Antisti- tes: verum ad D. ius turrim confugit, inde quaesiturus

dispu- tandum

VI. DE LIBRIS QUOS PRISCILLIANI STAVIT BANTVA.

VII.

VIII.

IX.



ama contra grassantem impietatem, extolentem se aduersus scientiam Dei: Legit enim diaconum suum, cui de omnibus litteris dedit ad S. Leonem Rom. Pont. addidit eis & commonitorium, insuper & libellum: litteris quidem, quise esset Ecclesiarum Hispaniarum status, eum reddidit certiorum: commonitorio sexdecim capita Priscillianitarum heresis complexus est: libello vero suppliciter rogabat, ut afflictatis Ecclesijs subueniret. At licet hæc Turibij scripta non extant, tamen ex redditis ad eum à S. Leone Papalitteris percepta habentur.

X.

Sed antequam de his agamus, cum omnes codices tam scripti, quam typis excusi, æque habeant hunc Turibium fuisse Alturicensem Episcopum: quomodo accidit, ut hic ipse in primo Bracarenfi Concilio, in relatione Lucretij Episcopi, Notarius sedis Apostolicæ nominetur? Haud enim placet, quod res Hispanicis persecutus ait, quos fuisse Turibios, alterum, ad quem S. Leo scribit, Episcopum Alturicensem, alterum verò Notarium S. Leonis, cui ad Synodum litteras dedit: nam abhorrent hæc procul à veritate. Si enim scribens S. Leo ad Turibium Episcopum, litteras cum ad ipsum, cum ad Synodum celebrandam Notario suo (ve vult) Turibio item dicto dedisset, y-tique in litteris ad Episcopum scriptis eius mentionem fecisset: soleme enim erat, ut eum legatus à Pontifice mitteretur, vel nuncius, eius mentionem faceret in litteris, quæ eidem ea ex causa dari solebant. Porro non alicui certo homini, nisi Turibij Episcopi diacono, quem ipse Turibius ad S. Leonem Pontificem miserat, ipsum S. Leonem ad Turibium Episcopum eas dedisse litteras, satis ex eisdem intelligi potest. Præterea non per aliquem alium à se missum, sed per ipsum Turibium Episcopum cuncta, quæ in ea causa peragenda essent, eundem Sancti Leonem impleri voluisse, eadem ad Turibium Episcopum litteræ datæ significant.

XI.

Neque placet, quod ab alio viro diserto tradi nuper vidimus, nempe vnum eundemque fuisse Turibium, qui Notarius dicitur S. Leonis, & Alturicensis Episcopus, ipsumque Notarium primo eiusmodi curasse negotium, inde verò eundem esse creatum Alturicensem Episcopum. Etenim ad quem scribit S. Leo Turibium, ipsum quidem tunc temporis fuisse Episcopum, ipsa ed eum epistola data significat, dum eum bene præfere officio pastoralis commendat: cumq; etiam dicat, ab eo missum fuisse diaconum suum Romanum, auctoritatem æque demonstrat Episcopalem: siquidem nequaquam patitur ordo hierarchicus, ut Ecclesiæ Notarij diaconis præfint, sed è contrâ ut sub potestate diaconorum subint Notarij: vnde habes apud Paulinum tunc Notarium S. Ambrosij, de se ipso testantem, fuisse sub cura Casti diaconi. His addè, hæc i-moris fuisse Apostolicæ sedis Pontificum, ministros suos Notarios fratres nominare, quo nomine dignallè videtur S. Leo Turibium, ut alio iocet Episcopos.

b Pauli in
vita S.
Ambrosij

XII.

At cur Notarius idem in dicto Concilio Bracarenfi nominatur? Num fortasse idem sit dictus Notarius, quod vtroque simul munere fungeretur, utpote idem Notarius esset Apostolicæ sedis, qui & Episcopus Alturicensis, ut S. Prosper Regiensis Episcopus idem dictus Notarius eiusdem S. Leonis Papa? Sed non inuenimus id expressum. An potius quis dixerit, Notarij vocem interdum non nomen significare eius officij, quod est dictum à notis; sed magis à notum faciendo, sicque ibi Turibius dicatur Apostolicæ sedis Notarius, quod curallè esset, quæ in Hispaniarum Ecclesijs gererentur, Romano Pontifici nota faceret: etenim & Notarij Apostolicæ sedis munus erat, quæque Ecclesiæ monumenta colligere, & conseruare: nam habes de Iulio Papa: *Constituit, ut Notitia, qua omnibus fidem facit, per Notarios colligeretur, & vt omnium monumentorum in Ecclesia consilio per Præmicerium Notariorum celebraretur, & cæc.* hæc quidem ex parte dictum esse Turibium Episcopum Notarium S. Leonis, nihil vetat siquidem Notarij munus expleuit, dum quæ ex mandato S. Leonis gesta essent, visus est collegisse, & ad eundem S. Leonem Romam misisse, ibi perpetuo conseruanda. Referte etiam ad Pontificem, quod gestum esset, Notariorum, patrum

fuisse, cum ex multis alijs, tum ex Romano Ordine, habes in officio Missæ, ubi dicitur: *Dei autem reuerentioni Dominice, procedente Pontifice ad S. Mariam, Notarius Regionarius stat in loco, qui dicitur, Merulano, & salutato Pontifice, dicit: In nomine Domini nostri Jesu Christi baptizati sunt hesternâ nocte in S. Dei Genitrice Maria in fonte, masculi tot numero, femina tot, & cæc.* Sic igitur & Turibius, quod notas fecit S. Leonis res gestas in Concilio Tolerano, eadem ex causa Notarius dici potuit S. Leonis. Sicut enim, vocem istam, Notaria, idem quod scriptis facta relatio Iudici, significasse, & apud maiores vlti receptam diximus (superius secundo Annalium tomo; ita & Notarium dici potuisse, qui refert, quæ sunt acta, Romano Pontifici (quod sint cognata vocabula) quis negabit? Certè quidem hoc ipso munere fundum esse sanctum Turibium Alturicensem Episcopum apud Sancti Leonem Romanum Pontificem, eiusdem Leonis ad eum reddita litteræ satis docent. Sed iam rerum gestarum ordinem profequamur.

Acceptis (vt dictum est) Sancti Turibij litteris per eius diaconum missis, S. Leo, ubi cuncta exactè examinauit, respondens ad singula, epistolâ ad eum datâ, rescripsit. Laudans in primis eius vigilantem in Episcopatu pastoralis sollicitudinem, nonnulla in detestationem nefandæ heresis prælocutus, factum Comendat Maximi Imperatoris, qui ad huiusmodi conficienda monstra secularis gladium exercere potestatis, licet oprabilis fuisset eos Ecclesiæ emendatos fuisse censurâ. Deploratis igitur summis malis, quibus & Episcopi aliorum etiam fuissent infecti, ad singula heresum capita respondens, pecuniatis singulis accommodata parauit antidota: quæ consulat lector, si vult; nos autem breuitatis causâ persequi prætermittimus. Demum improbatâ lectione librorum Priscillianitarum, de Dicitinij libris mentionem habet: de quo lector meminisse debet, hunc fuisse Alturicensem Episcopum, in cuius locum Turibius successerat, & ex Priscillianista hæretico redditum Catholicum recanasse palinodiam, iusque damnallè scripta in Tolerano primo Concilio; quamobrem hæc de ipsius scriptis in gerit S. Leo? *Postremo autem capitulo hoc prodidit iusta querimonia, quod Dicitinij tractatus, quos secundum Priscillianum dogma conscripsit, à multis cum veneratione legerentur: cum, si aliquâ memoria Dicitinij tribuendum putant, reparacionem eum magis debeant auare, quam lapsum. Non ergo Dicitinij, sed Priscillianum legant, & illud probant, quod errant docuit, non quod correctum elegit. Sed nemo hæc Catholicus presumat, & cæc.* Demum verò de colligendo in Hispania generale Concilium mandans, ista perorat: *Habeatur ergo inter vos Episcopale Concilium, & ad eam locum, qui omnibus oportunus sit, vicinarum prouinciarum conueniant sacerdotes, vt secundum ea, quæ ad hæc consulari respondimus, plenissimo disquiratur examine; an sint aliqui inter Episcopos, qui huius heresios contrario possint, à communionem sine dubio separandi, si nefandissimam sectam per omnium sensuum præuicaciam damnare noluerint. Nulla enim ratione tolerandam est, qui prædicanda fide suscepit officium, in contra Euangelium Christi, contra Apostolicam doctrinam, contra vniuersali Ecclesiæ symbolum audaciter disputare. Quales illi erunt discipuli, vbi tales docebunt magistris & post nonnulla: Dedimus itaque litteras ad fratres & coepiscopos nostros, Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitanos, atque Gallicianos, & cæc.* Concilium Synodi generali indicimus. Ad hæc dilectionis sollicitudinem pertrahit, vt nostra ordinationis auctoritas ad prædicatarum prouinciarum Episcopos deferatur. Ex his vides non alium missum esse Turibium cum litteris ad Episcopos prouinciarum, quas Turibio Episcopo mandat, vt reddat. Sed subdit: *Si autem aliquid quod alibi obstiterit, quod minus possit celebrari generale Concilium: Gallicia saltem in vnum conueniant sacerdotes: quibus congregatis, fratres nostri Hydruntini & Pononij inuenerint, conueniã eam eu instantiâ, quod citius vel prouinciali conuentu remedium tantis vulneribus adferatur. Data vndecimo Kalen. Augusti, Callipio & Ardabure viris clarissimis Consulibus. hæcenus Leo, generalem in vniuersa Hispania, more maiorum, indicens Synodum; quod munus erat Apostolicæ sedis Antistitis.*

His perlatis litteris in Hispaniam, placuit ex sententia sancti

XIII.

XIV.

XV.

XVI.

XVII.

XVIII.

XIX.

XX.

XXI.

XXII.

XXIII.

XXIV.

XXV.

XXVI.

XXVII.

XXVIII.

XXIX.

sancti Leonis Papae a diversarum provinciarum Episcopis generale celebrari Concilium. Testatur id quidem in primis Acta Synodi Bracarensis, in quibus primum ista legitur ad Lucretio Episcopo praefata: Credo autem vestre beatitudinis fraternitatem nosse, quia eo tempore, quo in his regionibus nefandissima Priscillianae secta venena serpebat, beatus Pater vester in Roma Leo, qui quadragesimo sexto apostoli Petri successor extitit, per Turibium Notarium sedis suae ad Synodum Galliae contra impiam Priscillianae haeresim scripta sua direxit: cuius etiam praescripto Tarraconenses & Carthaginienses Episcopi, Lusitani quoque & Baetici, facti inter se Concilio, regulae fidei contra Priscillianam haeresim cum aliquibus capitulis deserventes, ad Balconium tunc huius Bracarensis Ecclesiae Praesidem direxerunt, &c.

Sed observa, lector, dum generale Concilium celebratum ait ab Episcopis etiam provinciarum Carthaginiensis, Lusitaniae, & Baeticae, nec ullam penitus mentionem facit provinciae Galliae, ubi (ut ait) iussu S. Leonis debuerat Synodus congregari: magnam esse coniecturam, hoc seorsum ab illis convenisse, sed communicasse postea cum ijs, quae ab ipsis statuta essent. Si enim in Gallia provinciarum Synodus collecta esset, ubi & convenissent omnes dictarum provinciarum Episcopi, quid opus fuit ab illis scribi (ut praefatur Lucretius) litteras de rebus gestis in Synodo ad Balconium eius provinciae Primatem Bracarensem Episcopum, quem ne cessario praesentem oportuit fuisse Synodo? Vtinam, quandove celebrata est provincialis Synodus ab ijs praesentia Metropolitanis Antistitis? Sic igitur haud obscure penitus significare videtur, qui supra Lucretius, seorsum convenisse dictarum provinciarum Episcopos, seorsum vero cum Balconio Bracarensi Episcopo provinciae Galliae, illos vero de rebus penes se gestis de fide litteras ad eumdem Balconium. Sed ubi locorum conveniunt, ignoratur: coniectura tamen aliqua dici posse videtur, convenisse Toleti, sub cuius Concilio primo, quae postea iussu S. Leonis Papae contra Priscillianistas statuta sunt, fuerint collocata. Quod vero in Gallia sub Balconio collectum est Concilium, illud esse celebratum in municipio Celsenensi apud Lucentem urbem, vetera produnt monumenta, quibus & recentiores Hispani consentiunt.

Ut autem non in vnam eundemque locum ad Concilium celebrandum convenirent omnes Hispaniarum Episcopi, sed Gallici seorsum ab alijs; illam potissimum causam existimamus, quod Gallici erant sub Suevorum Rege Rechilla tunc regnante, reliquae autem Hispaniarum provinciae Gothis parebant, Theodorico, & eius filio Torisundo. Ex hoc igitur factum apparet, ut distinctim natione dittonis diversorum Principum, diversis in locis, seorsum ab invicem Catholici Episcopi Hispaniarum convenirent, duoque eodem tempore celebrata Concilia in vno postea conflata fuerint, quod vna exite causa conveniendi, & eadem Concilia vna conuocant auctoritas, quae & in vnam eademque convenere sententiam. At non duo haec tantum in vnum, sed tria simul reperiri esse conuenientia; nempe duo haec non nisi cum Toletano primo, cuius esse noscuntur Episcopi, qui eidem interfuisse leguntur, & canones illi viginti, ut superius suo loco dictum est. Vnde intelligas, quae in fine habentur verba illa: *Inter istam & supra scripta viginti canonum capitula haec sequuntur in Concilio Toletano*: esse referenda ad Episcopos superius nominatos; perperam autem (ut puto) ab aliquo addita, vel non suo loco reposita; ut accideret solet, cum quid miscetur, ordine confuso locari.

Sed obseruatione quidem dignissimum est, tanti ponderis aestimatum fuisse apud barbaros etiam Reges & Arianos auctoritatem Romani Pontificis, ut licet ab eodem essent ob haeresim Catholicam communicatione detestati; nihilominus simulac audire Romani Pontificis iugere mandatum, ut omnes Hispaniarum Episcopi ad Synodum convenirent; idem Principes, singuli in suis Principibus id faciendi liberam tribuerint facultatem, sinesentibus ubi vellent (nulla, quod appareat, petita licentia) in sua ditone Episcopos convenire. Tantum sibi auctoritatis

etiam apud Arianos Principes sedes Apostolica vendicabat. Vnde & fortasse accidit, ut Deus eidem Regibus dederit & stabilire regnum, & ad multa saecula propagare. Nullus enim vniquam absque amplissima remuneratione per solutum Anueit, quicquid aliquando impensum est honoris & reuerentiae Apostolicae sedi: quod vtiatim omnes Catholici Principes obseruarent. Sed de his alijs scripe.

Quod autem spectat ad fidei assertionem ex praescripto S. Leonis Papae in hac Synodo constitutam, sub qua probarentur, qui vere Catholici essent, Episcopi, & omni labere carerent Priscillianistarum erroris; utpote quae omnes articuli eorundem haeresim damnarentur: magna quidem obseruatione dignum est, quod reperitur illud ab eis primum superadditum fidei Symbolo de Spiritu sancto, a PATRE FILIOQUE PROCEdit: ac minime quidem sua id fecere auctoritate, sed ex verbis acceptis ab epistola ad eos scripta a S. Leone Romano Pontifice, in qua cum damnantur Priscillianistarum errores, haec capite primo ponuntur: *Primo itaque capitulo demonstratur, quam impie segeti, qui de Trinitate diuina, qui & Pater & Filius & Spiritus sanctus vnam atque eandem asserunt esse personam, tamquam idem Deus nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus sanctus nominetur: nec alius sit qui genuit, alius qui genitus est, alius qui de utroque processit, &c.* Vides ne quanti ponderis fuerit aestimata verba Romani Pontificis, ut quae ille dixit ad fidem spectantia, mox ut sacrum diuinitus allatum oraculum a generali Episcoporum Concilio illata in Symbolum fuerint?

Cum haec igitur verba semel auctoritate Leonis Papae ab Hispanis Episcopis addita fuerint Symbolo ad constutandos haereticos Priscillianistas: eidem semper inhaerent, atque pertransierunt ad Wisigothos fidei Catholicam profitentes; qui & Iudaeos ad Christianam fidem venientes, sub eiusdem Symboli confessione esse recipientes, suis legibus sancierunt: nam ibi: *Credo in Spiritum Sanctum Dominum et vivificantem, ex Patre Filio procedentem, itidem in alijs Toletanis Concilijs sub Gothorum Regibus celebratis, nempe quarto, octavo, vnde cimo, duodecimo, & decimo tertio: quae etiam verba in Symbolo apud Francos sunt accepta, tenaciusque retenta, ut apparet ex Symbolo fidei sub Carolo Magno in Arelateni Synodo recitato.*

Quam felicissimè quidem verba illa in Symbolum non absque Dei nutu illata fuerint: quae idem sub eiusdem Symboli traucti confessione facta est magna ad Christianam religionem accessio: etenim & Gothi, & Wisigothi, ariarumque barbarae nationes, quae Hispanias occuparunt, atque longo tempore possederunt, ex Arianis sub eius Symboli confessione Catholici facti sunt, & Franci sibi Gallias vendicantes, sub eiusdem Symboli confessione redditi sunt Christiani: Contra vero omnium gentium infelicissimi Orientales schismatici, ex quo eiusdem Symboli additamentum penitus respuerunt, sub Turcico iugo acerbissima seruitute prestantur, atque Ecclesijs, bonis, ac liberis opprobrii assidue in dolum perunt. Porro non Leonis id fuit nouum inuentum, sed praedecessorum traditio: nam Damasus haec ait: *Spiritus sanctus non est Pater tantummodo, aut Filius tantummodo spiritus: scriptum est enim: Si quis dilexerit mundum, non est Spiritus Patris in illo. Item scriptum est: Qui autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius. Nominato itaque Patre & Filio, intelligitur Spiritus sanctus, de quo Filius in Euangelio dicit: Quia spiritus sanctus a Patre procedit, & de meo accipiet, & annuntiabit vobis.* haec Damasus.

Sed illud in his considerandum etiam, quod etsi in Hispanos, Gothos, & Francos eiusmodi ad Symbolum additamentum ex primario fonte, ab ipsa nimirum Apostolica sede, id predicante (ut vidimus) Magno Leone suis ad Turibium datis litteris, fuerit deriuatum, & in barbaras etiam nationes feliciter propagatum: tamen ipsa Romana Ecclesia antiquitatis tenacissima, etsi idem cum ipsis credidit atque docuit, quod aetate illis iam praedicaretur:

XX. DE SYMBOLICI AD DITAMENTO

Leo epist. 33. c. 1.

XX.

Legum Wisigoth. l. 2. c. 11. p. 330. apud Iude.

XXI.

Damasus in Concil. Rom. apud Crescon. cell. 1. c. 1. Ioan. 1. Rom. 8. Ioan. 5.

XXII. ROMANI PONTIFICIS ANTIQVITAS TENACISSIMA.



diutissime tamen cunctata est in Symbolum fidei verba illa inferre. Et quid mirum: cum et si ipso Niceno Symbolo per Catholicum Orbem ubique vulgato, atque in omnibus Ecclesijs decantato, & vii recepto: sola tamen Romana Ecclesia in baptisimo & aliorum sacrorum ritibus, ubi fidei confessio adhiberi solet, non alium Symbolum, quam antiquum illud Apostolicum adhibere consueverit; quod Rufinus testatur in expositione Symboli, nosque superius in loco pluribus diximus.

XXXIII. APOSTOLICO CYRILLO SEMPER ROMANO ECCLESIE.

a Mag. sen. d. d. n. a.

b Berno Ab. Aug. enst. de reb. ad d. sum. sp. hantib.

XXIV. QUANDO COPPTVM SYMBO- LYM IN ECCLESIA ROMANA CANE.

XXV.

c Leo ep.

d Leo ep. 4. DE SOLEMNI BAPTISMI TEMPORE.

Hac itaque ratione, licet importune atque sollicitè agente Carolo Magno Imperatore apud Leonem Tertium Romanum Pontificem, vt ea verba Symbolo adderentur, idem id facere penitus recusat; immò ad perpetuam antiquitatis memoriam, ne quibuslibet liberum esse sacrosancto Symbolo aliquid addere, illud ipsum absque eo additamento in argentea tabula exaratum voluit in altari post corpus sancti Pauli perpetuò custodiri, vt suo loco de his pluribus dicturi sumus. Accidit verò postea, vt ad euitandum schisma, ne ea, quæ à Romana Ecclesia accepta Hispani, Franci, & alij omnes Boreales populi prædicarent, ipsa Romana Ecclesia respueret, videretur, perinde ac si ante prædicatæ doctrinæ & alij tradita esset præuaricatrix, & confiteri publicè confessione renueret, quæ alijs ad conuincendas hæreses, & detegendos ac confundendos hæreticos, atque probandos Catholicos tantus ac tutus tor ante sæcula Hispaniarum Episcopis tradidisset: tandem placuerit Benedicto Septimo huius nominis Romano Pontifici idem Symbolum cum eo additamento Romæ in Ecclesia cani; id exposcente Henrico Imperatore, de quo ista Berno Abbas Augustinus b:

Cum Romanorum presbyteri ab Henrico Imperatore interrogarentur, cur non post Euaangelium (vt in alijs Ecclesijs fiebat) Symbolum canerent: Me (ait ipse) assistente auiduo eiusmodi responsum reddere, videlicet, quod Romana Ecclesia non fuisset aliquando illa hæresis hæc infecta, sed secundum S. Petri doctrinam in soliditate Catholica fidei permaneret inconcussa: & ideo magis huic necessarium esse illud Symbolum sapienter cantari, & frequenter, quod aliquando illa hæresis potuerit maculari. At Imperator domino Benedicto persuasit, vt ad publicam Missam illud decantarent, hæc ipse. Atque ita quidem ubi in Ecclesia canendum semel Symbolum Romæ susceptum est; ne diuersitas esset in verbis, quorum vna eademque erat in fide sententia, non aliud cani ceptum est ubi Symbolum, quàm quod alia omnes Occidentales Ecclesie hæcenus occinere cõsueuerunt. At de his modò hæcenus: suis enim locis hæc locupletius tractabatur, quæ hic modò obiter attingisse satis, occasione Hispanorum Conciliorum iussu sancti Leonis per Turibium indictorum. Multa præterea hic addenda de Turibio essent, vt inter alia de ibris, quos aduersus Priscillianum edidit, dicatur; eidem sancto Leoni Papæ, vt testatur Montanus scribens ad Turibium Episcopum Valentinum: sed hæc satis, constat denique ipsum reddidisse in omnibus Apostolicum visum: qui instar Apostoli, bonum certamen certauit, cursum consummauit, acceptique promeritam iustitiæ coronam: cuius rei gratia Catholica Ecclesia an huiusmodi diei natalis memoria quotannis eius triumphum profequi solet decemsexto Kalendas Maij.

Hoc item anno ad Ianuam, siue Iulianum Aquileensem Episcopum S. Leo epistolam dedit de recipiendis hæreticis penitentibus absque spe ad superiorem gradum prouectionis: Magna (inquens) habeant beneficio, si adempta sibi spe promotionis, in quo inueniantur ordine, stabilitate perpetua permancant, si tamen iterata transgressionis (nempe secundi baptisimi) non fuerint maculati. hæc sub huius anni Consilij Leo. Ad Silicij Episcopos ipsidem quoque Consilij epistolam dedit, quæ hæc habet in exordio: Diuini præcepti & Apostolici moniti incitamus, vt pro omnium Ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu, ac quid visquam reprehensionis inueniatur obnoxium, ceteri sollicitudine aut ab ignorantia imperitia, aut a præsumptionis usurpatione renocemus, &c. hæc nonnulla ad Ecclesiasticorum rituum disciplinam spectantia: vt de baptisimi solemnitate, nempe Paschatis, & Pentecostes, non autem in Domini Epiphania, vt illi sibi

faciendum susceperant, ex Africana Ecclesie vsu, apud quam solemnè fuisse baptismum tempore Epiphaniæ, satis indicat Victor c. Præcepit demùm Leo, vt tertio semel in anno ex Sicilia Episcopi Romam se conferrent ad Synodum: nam ad finem epistolæ hæc habet: Quare illud primitus pro custodia concordissimè unitatis exegimus, vt quia saluberrimè à sanctis Patribus constitutum est, hinc in annis singulis Episcoporum debere esse Conuentus, tertio semper ex vobis ad diem tertium Kalen. Octobr. Romam fraterno Concilio sociandi, indisciplinenter concurrant, &c. Vides viridem antiquam in Romana Ecclesia obseruantiam, vt ex Episcopis Italie bis in anno Concilium cogerecur, in quod tamen non omnes semper & ex omnibus locis conueniant Episcopi, sed ex remotioribus prouincijs semel tantum terti adessent, cui quidem instituto voluit S. Leo Siculos etiam Episcopos subiacere.

Hoc item anno, qui quartus numeratur ante Chalcedonense Concilium, idem S. Leo Papa se sede deposuit Primatem totius Asiæ Basilianum Episcopum Ephesinum, eò quod vacantem illam sedem inuasisset, atque seipsum in eam intrusisset. Testatur id quidem Stephanus eius aduersarius in Actione vndecima Concilij Chalcedonensis, ubi ait: Hodie quartor anni sunt, & Romanus Episcopus cum deposuit, scelera verò à Lathiano perpetrata ibi narrantur. Citatur in ea Synodo epistola eiusdem Sancti Leonis Papæ ea de causa conscripta, quæ penitus excidit, hæc autem ad ignauandum pristinum vsu Ecclesie Romanæ Pontificum in deponendis Metropolitanis atque Primatibus in leges Ecclesiasticas delinquentibus, recoluisse volumus.

Hoc eodem anno vetus innovatur querela Gentilium aduersus antiquorum efflores sepulchrorum, quos alijs Imperatorum relictis veritos, superius dictum est: Christiani enim, & inter eos potissimum clerici nonnulli, omnis idololatricæ vestigia antiquitate atque penitus abolere cupientes, dijs manibus dicatas defunctorum memorias euertere, vbi cum que eas reperirent, conabantur. Quoniam verò ipse titulus criminis inuidiosus nimis & odio dignus apparebat, vt quis Fidelium argueret sepulchrorum efflores: Christiani Imperatores, eiusmodi sanctis legibus, penus appositis eos coëcere conari sunt, quod inter alios efficacius præstitit Valentinianus Augustus, aduersus sepulchrorum efflores ad Albinum Præfectum Prætorio referens 30. Idus Aprilis sub huius anni Consilijbus. Qui igitur in Gentilium sepulchra, ad conuellenda quæque superstitionis signa, audacter insurgebant Christiani, vix credi potest, quo frenetum impetu in ipsa eorum simulacra: vt eadem cum reperire liceret, non illis vt doctæ manus operi parcerent, sed brachij & curibus fractis, eorum capita, ne vsquam reperiri valeant, in inimus alicuius coëcerent parietis fundamentum, vel in alicuius Aopinq;que alæ foute profundum demegerent. Hæc quidem experimento didicerunt rerum antiquarum efflores in Vrbe, frequenti vsu admoniti, mirra sagacitate indagare quæque simulacra christi membra dispersa. Vt perleuerasse intelligas in animis Christianorum, maiori que actum incremento, quod S. Hieronymus ait: Vbi alibi tanto studio & frequentia, quam Romæ, vacua idolorum templa quatuntur: et de his satis.

IESV CHRISTI
Annus 448.
LEONIS PAP. THEODOSII 41.
Annus 9. VALENTIN. 14. IMPP.
QUADRINGENTESIMVS quadragesimos octauus
Domini annus Consulibus Posthumiano atque Zenone signatur: quorum alter Constantinopoli, nempe Zenone, creatus est; alter verò, Posthumianus scilicet, Romæ electus, dictus ille Rufinus Prætextatus Posthumianus, cuius eiusmodi legitur Romæ vetus inscriptio:

Handwritten marginal notes on the right side of the page, including references to other works and dates.